



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

XCII. Iure civili mulier intra tempus luctus, hoc est, intra annum transire  
ad secundas nuptias non potest, & contrarium faciens punitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

*Manuel, Lopez & alij tenent apud Sanch. l. 4. Disp. 23.* qui tamen ex communi DD. opinione præallegatum textum non de rigido, sed honestatis debito intelligendum censet, ut sensus sit. Propter reverentiam, & obedientiam patri debitam, planè convenit, filios sequi & implere

promissionem à patre factam. Si tamen ex probabili causâ non fecerit contra præceptum obediendi parentibus graviter non peccant; quandoquidem in ejusmodi contractibus ab illorum potestate dominicâ non pendent *v. Az. l. 5. c. 20. Barb. in c. cit.*

## XVIII. XCII.

## DIFFERENTIA XVIII.

Iure civili mulier intra tempus luctus, hoc est, intra annum transire ad secundas nuptias non potest, & contrarium faciens punitur. *l. 1. c. 2.*

*C. De Secun. nupt.* Iure Canonico autem statim marito mortuo atque metu pœnæ alteri nubit. *c. super illa. & c. fin. De secun. nupt. Bart. 62. Canif. 48.*

I. Nuptiarum repetitio quamvis nullo jure prohibita multum odiosa, & inimica est, præsertim liberis ex primo concubitu relictis. *§. Sin autem tutelam. Auth. De nupt.* ubi dicitur mulierem nuptias repetentem tria negligere, videlicet Deum, defuncti memoriam, & dilectionem filiorum, item in *§. Quæ verò nunc. v. Nos igitur. eod. tit.* dicitur, animam defuncti mariti nuptijs repetitis contristari. *Bald. in l. DEO nobis n. 11. C. de Episc. & cler.* In quibus verbis agnoscere licet causam tam severæ constitutionis in *l. 1. c. 2. De Secun. nupt.* si qua, ait *Imp. Gratianus, Valentinian. & Theodosius*, ex fœminis perditio mariti intra anni spatium alteri festinaverit nubere, probroli inusta notis honestioris, nobiliorisq; personæ decore, & jure privatur: atq; omnia, quæ de prioris mariti bonis, vel jure spontâlium, vel judicio defuncti conjugis, consecuta fuerat, amittat. Quod amplius declarat *Andr. Gaill. l. 2. Obs. 98. n. 1.* Mulier, inquit, transiens ad secundas nuptias liberis extantibus non solum perdit quo ad proprietatem, quicquid à marito

defuncto titulo lucrativo, sed etiam quicquid per successionem filiorum primi matrimonij consecuta est, solo ullo fructu istorum bonorum apud ipsam rem anente, per *textum in l. fœmina §. illud. C. de secun. nupt. & in auth. ex testam. C. eod. tit. Boerius Decif. 185. Decius Consil. 206. n. 2.* Proprietatem verò quam amittit, secundò nubendo tenetur conservare filijs primi matrimonij superstitibus *l. fœmina cit.*

II. Verùm isthæc omnia à sacris Canonibus reprobata sunt in *c. super illa c. seg. vbi Innoc. III.* Cùm secundum Apostolum mulier mortuo viro suo ad eius lege sit soluta, & nubendi cui vult tantum in domino facultatem habere, non debet legalis infamiae sustinere pœnitentiam, quæ licet post viri obitum intra tempus luctus nubat, concessa sibi nomen ab Apostolo utitur potestatem, cum in his præsertim sæculares leges non dedignantur sacros canones imitari. *Roland. De testam. Rubr. 21. n. 11. Sanch. l. 7. De matrim. Disp. 87.*